UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Securitas reprehensibilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Pſal. 26 ſperabo. Pſal. Si exurgat aduerſum me caſtrum, uel prȩlium, non timebit cor meum, &c.

Securitatem inducunt quatuor.

PRimum eſt puritas conſcientiæ. Conſcientia pura meritò ſecura eſt, cum à peccato purgata ſit, propter quod ſolum timendum eſt.
Bernar. Vnde Bernardus. O uita à peccato ſecura ubi abſque formidine, & excipitur cum deuotione. Secundum eſt
Gregor. diuturnitas pænitentiæ. Gregorius. In pænitente cum longa mȩroris anxietate fuerit formido conſumpta, quædam iam de præſumptione ueniæ ſecuritas naſcitur. Tertium eſt con-
Gregor. temptus boni tranſitorij. Gregorius Mira ſecuritas cordis, aliena non quæ
Auguſ. rere. Et P. Auguſti. Nemo ſecurus in his bonis, quæ poteſt inuitus amittere. Idem. Qui bona tranſitoria contemnit, mala pœnæ tranſitoria non metuit. Quartum eſt integer amor interni, & æterni boni.

Securitas reprehenſibilis.

REprehenſibilis ſecuritas eſt eorum, qui ita ſunt ſecuri quaſi iam triumphaſſent. Eccleſ.
Eccl. 8.

Sunt impij qui ita ſunt ſecari, quaſi
iuſtorum facta habeant. Adcuius de-
teſtationem duo faciunt. Primum eſt 3 Re.2.
ſcriptura. Non glorietur accinctus
æque ut diſcinctus. Et Bernar. Nuſ- Bernar.
quam eſt ſecuritas fratres mei, neque
in cælo, neque in terra, neque in pa-
radiſo; multo minus in mundo. in cæ-
lo cecidit angelus ſub præſentia diui-
nitatis, Adam in paradiſo uoluptatis,
Iudas in mundo de ſchola ſaluatoris.
Et P. Auguſtinus. Nemo ſecurus in
uita iſta, quæ tota temptatio eſt, & no Auguſ.
minatur. Et Hieronymus. Nulla eſt
ſecuritas uicino ſerpente dormire. Hieron.
qui habent hanc ſecuritatem, facile
à diabolo uincuntur. Secundum eſt,
mala ſiue pericula quæ ex hac ſecuri-
tate procedunt ſicut teſtatur D. Gre-
gorius. Prou. Qui cauet laqueos, ſe- Grego.
curus erit. Quæ mala ſunt duo. Pri- Pro. 11
mum malum eſt, quia inducit pigri-
tiam. unde Gregorius. Mater negli-
gentiæ ſolet eſſe ſecuritas. Secundum Grego.
eſt, quia cauſam tentandi diabolo tri-
buit. Iudicum 18. Dicunt dæmones.
Surgite, & aſcendamus ad eam: uidi- Iudi.18.
mus enim terram ualde opulentam,
& uberrimam; nolite negligere, noli
te ceſſare, eamus & poſſideamus eam,
nullus erit labor, intrabimus ad ſecu
ros, & c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN